



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvngensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Cap. XII. De mendicantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

tos, primum omnium fieri gratiarum actiones, obsecrationes, orationes & postulationes, pro Ecclesia sancta Dei, summo Pontifice, Imperatore, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, proque subditis, ut tranquillam vitam agamus in omni probitate & castitate. In quem finem, dictam immaculatæ Conceptionis festivitatem, in perpetuam acceptorum beneficiorum memoriam, in choro & foro solemniter, instar summi festi, cum Octavâ, perpetuo celebrari, ac pridie (modò Dominica non sit) abstinenciam à carnibus observari mandamus; atque, confisi de divina misericordia, quadraginta dierum Indulgentias omnibus, qui ipso die festo, & per Octavam, uni majorum horarum, aut sacrosancto Missæ officio interfuerint, largimur. Datæ Osna-brugi, decimo septimo Ianuarii, Anno millesimo sexcentesimo trigésimo.

Ne vero etiam Nos ac Successores Nostri, gratæ mentis significationem, qua divinam manum adiutricem in recuperanda Diocesi Osna-brugensi, ac cæteris Nostri actionibus, singulariter expertos Nos esse cognoscimus, & ab eadem ulterius omnia bona expectamus, omittere videamur; similiter per præsentem edicimus & statuimus, ut posthac singulis annis festo Annunciationis Matris Christi (quo die, Anno millesimo sexcentesimo vigésimo octavo, explosis erroribus falsisque dogmatibus quæ Civitatem Osna-brugensem plurimis annis occupaverant, restituitio Sanctæ Religionis, Parochiarum, & Monasteriorum, ac reformatio per Diocesan facta est) publicæ gratiarum actiones per Civitatem & Diocesan Nostram, & omnes ejusdem Ecclesias, in summo Sacro instituantur: in Civitate vero Osna-brugensi, eodem die post prandium, Clerus & populus ad templum B. Mariæ Virginis hora prima pomeridiana conveniat, & ex eo, Litanias de B. M. V. per viam cantando, ad Cathedralis Ecclesiam, pro gratiarum actione, procedat; processio vero tempore omnes per Civitatem campanæ solemniter compulsentur. finitis Litanis, concio, ac deinde canticum, *Te Deum laudamus*, &c. cum solemnibus sonis Campanarum Cathedralis Ecclesiæ, subsequatur.

C A P. XI. De habitu Clericorum, & usu Romano.

c. Præcipimus 21. quæst. 4. Concil. Trid. sess. 14. c. 6. De ref. Clem. 2. De vita & honestate Cler.

Cum animadvertamus, multos de Clero necdum honestati statuique suo competenti, in habitu & corona Clericali satisfacere, non sine vilipendio status Ecclesiastici, & scandalo publico: hinc iterum & peremptorie iisdem, præsertim verò qui in Civitate Nostra sunt, (cum pericula per Dei gratiam cessarint) cujuscunque conditionis sint, serio injungimus, ut non differant, debitam in hoc sacris Canonibus, & Nostri reiteratis iussionibus, obedientiam exhibere: contra inobedientes &

contumaces pœnis, in jure comprehensis, & aliis Nobis arbitrariis, processuri.

Similiter mandamus omnibus & singulis, ut, post tot monitiones Nostras, usum officii Romani sine ulteriori cunctatione recipiant, & se Statuto Nostro, ante biennium edito, tandem conforment.

Tenor autem Statuti illius habetur in Synodo majori Osna-brugensi, part. 2, c. 7, §. 2.

C A P. XII. De Mendicantibus.

Cum etiam ipsa experientia notum sit, multos vagos, ignotos, & validos mendicantes, etiam sub eminenti specie & habitu Religionis, & sub prætextu falliarum caularum & testimonialium literarum, eleemosynas conquirere, & in usus non pios convertere: hinc monemus omnes & singulos Parochos, Curatos, & quoscunque alios, ne hujusmodi vagis & ignotis hominibus fidem ullam adhibeant, nec admittant ut eleemosynas publice per Parochias quærant, minus ex bonis aut ærario Ecclesiæ iis aliquid contribuant, nisi publicum testimonium & mendicandi licentiam à Nobis, aut Nostro Vicario, exhibuerint. Per hoc tamen nolumus excludere aut diminuere charitatem in veros & notos hujus Diocesis Religiosos & alios Christi pauperes.

Saturorum Synodali lectione finit à. subjunctis Santedictus Dominus Conradus Buren, ex Constatiali Romano desumptum, compendium Sacerdotalis & Clericalis vite, secundum præscriptum Synodi, præcedenti anno habitæ. Deinde Reverendissimi & Illustrissimi Episcopi Vicarius, jussu Celsitudinis Suae, præsentem Synodum est allocutus: Num placeret cuiquam amplius aliquid proponere, quod ad hujus Synodi discussionem aut decisionem spectare posset.

Omibus verò tacentibus, idem Dominus Vicarius monuit Curia Episcopalis Notarium seu Actuarium communem, ut is nomina omnium eorum, qui de jure & antiqua consuetudine Synodo interesse solerent, ex breviculo recitaret, & absentium nomina observaret ac notaret.

Lectione completâ, multorum que absentia animadvertens, qui vel ob itinerum pericula vel religionis mutationem, vel ob alios respectus, ad Synodum non venerunt; idem Dominus Vicarius, coram Synodali confesso, ac præsentem Notario, protestatus fuit, quod hujusmodi absentium inobedientia, contumacia, tergiversatio, seu emansio ex quacunque alia causa, huic Diocesanæ Synodo celebratæ, ac in posterum celebrandæ, aliisque juribus Episcopalibus, in nullo præjudicare possit aut debeat.

Post hanc protestationem, subjunctis Admodum Reverendus Abbas Iburgensis orationem ex Pontifici Romano: Nulla est Domine &c. cum orat. subsequens pro Episcopo & communi statu Ecclesiæ, ut in Synodo præcedenti, ac, cum solemnibus benedictione, ac Indulgentiarum consuetarum promulgatione, Synodus est finita, in nomine Domini.

S Y N-